

institutiōnis cum dicitur **G**enus electum. Vere sacerdotes et vniuersales clerici ad sacerdotium ordinati sunt genus electum quia a deo omnes sunt. ut dicitur duodecima questione prima. duo. vnde et clerici sunt nuncupantur siue nuncupati. Cleros enim grece scilicet est latine inde dicuntur clerici quasi forte electi ut dicit **ps**idius **se**ptimo **et** **h**imologiarum. Dicuntur autem forte electi quia **Matthias** forte electus est quem primum per apostolos legitur ordinatum. ut ponitur vicesima prima distinctione. clericos. Vos ergo sacerdotes estis genus electum. vnde nobis dicere cōpedit illud **Actu** **um** **decimo** **se**ptimo. in ipso scilicet deo viuimus. monemur et sumus. **I**psi enim genus sumus et genus electum de mundo. scilicet et a strepitu temporalium. quod **h**ic **h**ieronimus. ipse genus sacerdotum est mancipatum diuino officio et deditum cōtemplationi et orōni quos cessare cōuenit ab omni strepitu temporalium. vnde coronam portant in capite in signum regni quod in christo expectatur de quo sequitur. **B** **S**ecundo status sacerdotum attollitur quo ad sui sublimationis fastigium in eo quod dicitur regale sacerdotium quod aliquid ei quod dicitur **Exodi** **decimo** **nono**. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale. Et signanter in veteri testamento ponebatur regnum in substantiuo. sacerdotale in adiectiuo quia tunc regnum preualebat sacerdotum. **N**unc autem in nouo testamento petrus tanquam princeps noui testamenti sacerdotum ponit in substantiuo tanquam per se stans et in recto. Regnum autem ponit adiectiuo tanquam alteri adiacens. Adiuuendum quod modo in nouo testamento sacerdotum preualet regno. Et sine dubio eminentior est dignitas sacerdotalis quam regalis. ut non gelimam a se ta distinctione. Et propterea hoc in nouo testamento sacerdotum ponitur ut per se stans. regale vero ut adiacens. Et inde est quod modo sacre leges non dedignantur sacros canones imitari ut secunda questione tertia eusebium. et extra de iudiciis Clerici. Tantum enim sacerdotalis dignitas prefertur regali quantum anima et spiritus corpori dies nocti fontana lux solis lunari splendore ut extra de materia et obedientia soli te. **V**nde **sanctus Gregorius nazanzenus** scribens quod imperatoribus constantinopolitanis comparat imperium carni et terre et rebus humanis. Sacerdotium autem comparat spiritui celo et rebus diuinis. Signanter ergo **sanctus Petrus** loquens ad sacerdotes ait. Vos estis rega-

le sacerdotum. **V**nde ipsi cum hoc quod sunt sacerdotes substantiue possunt etiam dici reges adiectiue. Reges inquam non a regna deo quia ut sic regnum eorum non est de hoc mundo ut ipse christus sumus sacerdos de se faretur. sed dicuntur reges a regendo vel in arcem agendo. vnde **psidius** **o**cta **uo** **e** **h**imologiarum. et assumit magister sententiarum libro quarto distinctione vicesima quarta. Reges arcem agendo vocati sunt **Io**esque recte faciendo regis nomen tenentur peccando amittuntur. **H**ec ergo illi reges vocantur qui tam seipos quam subiectos bene regendo modificant. **h**er **psidius** **et** **h**ieronimus dicit. Reges sunt et alios vtriusque regentes et ita in deo regnum habent. **T**ercio status sacerdotum attollitur quo ad sanctitatis eminentiam cum dicitur. **G**enus sancta. Digne gens sacerdotum dicitur sancta quia ratione sue singularis sanctitatis et angelis et diis nuncupantur. vnde tertia questione prima. Sacerdotibus **V**nde **oponius** de angelica ierarchia capitulo duodecimo. **H**omines inquit ierarchie non solum vocantur angeli sed et dii. **V**iros dei enim amantissimos et sanctos quales debent esse sacerdotes vocat theologia deos. **C** **C**irca quod notandum quod sacerdotes sancti non solum angeli sunt sed etiam sunt super angelos a deo exaltati et hoc in quatuor. **P**rimo in dominici corporis consecratione. Angelorum quidem est sacerdotum conferant assistere et hostias consecratam deo offerre. **P**etri autem et sacerdotum est panem in corpus christi conuertere quod nulli angeli est donatum. **V**nde non angelis sed solis sacerdotibus dictum est **luce** **vicesimo** **primo**. **H**oc facite in me: am commemoracionem. **S**ecundo in peccatorum remissione. Angelorum quidem est peccatores suis inspiracionibus a peccato auertere et suis oracionibus sibi dei misericordiam implorare. **P**etri autem et sacerdotum est sibi confessis peccata remittere. **V**nde non angelis sed solis sacerdotibus dictum est **Ybhanis** **vicesimo**. **Q**uorum miseritis peccata. **T**ercio in clauisum collacione. Angelorum quidem est animas ad celum adducere. **P**etri et sacerdotum est animabus ianuam aperire. **V**nde non angelis sed petro dictum est **Matthi** **nono**. **T**ibi dabo clauis regni celorum. **A**d sacerdotem pertinet absolueret et ligare vel absolueret et ligare culparum. **P**eccator qui dem habet super se celum clausum. infra se infernum apertum. intra se non habet gratiam sed culpam. cuius ratione perdit me-